



ionicum a maiore pentametrum brachycatalecticum

APTHON. GL VI 91. 5 sqq. pentametrum (*scil.* ionici maioris) quoque brachycatalecticum erit tale:

Dictynna deum progenies, aspice quis te chorus astris.

praeterea et ex se sine ulla pedum admixtione componitur (*scil.* metrum ionicum) et per se stat integer per synaphian, ut Graeci dicunt, id est cum repetita identidem vice breves longis aut contra brevibus longae subiciuntur. atque ita inter se alterna mutatione variantur, quos ἀπὸ μείζονος et ἀπ' ἐλάσσονος musici vocant, ut apud Horatium: (*carm.* III 12, 1 sq.)

miserarum est neque amori dare ludum neque dulci.

huius primordio si adicias ‘o quam’, erit ionicus ἀπὸ μείζονος adiectione spons dei, ut:

o quam miserarum est neque amori dare ludum neque dulci.

[P.S.]